



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Angelus Gabriel n. 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

C L A S S I S III.

A B A N G E L I S.



Elorum Regem, ac Reginam Sancti Angeli imitati, suo quoque patrocinio IESV Societatem non destituere: ab ijs enim non infimis laudibus illa extollitur, & in primis.

I. **A**S. GABRIELE Dei Paranimpho. Ille igitur per reuelationem in Hispania factam anno 1600. persone cuidam altissime Orationis, & spiritualibus fauoribus cumulate, exercitia nostra facere curanti, his verbis allocutus est. Exercitia quæ facere cogitasti per mentis ratiocinationes, & meditationes magnitudinum Dei, & infinitorum bonorum, quæ per Christum vobis communicantur (in eum fere modum, quo fiunt in Societate) singulare obsequium Reginæ nostræ præstabis. Significat enim tibi, se fuisse, & esse tanquam Patronam, & Fundatricem illorum Societatis exercitiorum: seque adiuisse, ac docuisse S. P. Ignatium, vt ita fierent: ideoque hoc nomine initium se dedisse huic operi: imo & se toto tempore vitæ suæ in sanctis huiusmodi exercitijs fuisse occupatam. Ita ab Angelo Gabriele pronunciatum in summam Ignatii Parentis, & Societatis laudem apud P. Nigron. Tract. 6. de Exercitijs spiritual. cap. 4. fol. mibi 247.

*Societatis
Exercitia à
S. Gabriele
commen-
data.*

*Vt ipse à
B. Virgine
eorum Pa-
trona, &
fundatrice
orta.*

2. **A**S. MICHAELE: Cum anno 1591. in Mexicana Prouincia Occidentalis Indis in Sede Pascuarensi Indus rerum diuinarum vsui deditus, mira tenebatur cupiditate nostros videndi: hoc maximum ipsius votum, ac postulatum erat, vt veniret ad oppidum. Cum in ea cogitatione versaretur noctu tres iuuenes secundum quie-

*Et à S.
Michaelis
Sociorum
aduentus
prædictus.*